Artes elegantiores

Aretinus (Leonardus).

(Bruni) Leonardi Aretini: De studendi modo in humanitatis studiis.

Padue. Matheus Cerdonis de Vindischgretz. 1483.

Hain Repert. bibl. N. 1574.

Leonardi aretini poete. de studiis ⁊ litteris ad illustrem dominā baptistam de malatestis: Incipit.

COmpulsus crebro rumore admirabiliū͛ vir tutū tuaꝝ: scribere ad te ↄstitui. ut ingenio illi de quo tā ampla magnificaq̄ȝ audiui: uel gra tularer iam ꝑfectionē consecuto: uel certe ad eam consequēdam ꝑ meas litteras cohorta rer. Neqȝ eni desunt mihi clarissimaꝝ mulie rū exempla que ⁊ studiis ⁊ litteris ⁊ doctrina claruerunt: ꝑ quaꝝ cōmemorationē te ꝓuocare ad excellentiā possim: Siqdeȝ Cor nelie Scipionis africani filie: multa secula post eius morteȝ exta bant epistole ellegantissimo stilo ꝑscripte: ⁊ Saphus poemata ⁊ libri: summo in honore apud grecos ꝓpt̄ singularē facūdiā ⁊ scri bendi artem habiti sunt. Aspasia quoqȝ ꝑ tp̄a Socratis fuit doc tissima quidē mulier ⁊ eloquētia lr̄isqȝ p̄cellens: a qua Socratē plurimū se didicisse nō pudeat confiteri. Fuerunt ⁊ alie quas re ferre possem: sȝ tam̄ hec tria satis existimo clarissimarū feminaꝝ exempla retulisse: Ad illaꝝ igit̄ ꝯstanciaȝ queso mentem erige atqȝ extolle: Tantam eni intelligentiā ac tam singulare ingeniū nec tibi frustra datū: nec mediocribus cōtentū esse decet: sȝ ad sū ma spectare atqȝ adniti: Et tua quidē laus illustrior erit q̄ȝ illaꝝ fuit: ꝓpterea q̄ᵖ ille seculis floruere hiis in quibus eruditoꝝ ho minū magna superat copia: ut multitudo ip̄a admiratione imminu eret: Tu autem hiis tp̄ibus florebis in quibꝰ usqȝ adeo ꝓlapsa studia sunt: ut miraculi iam loco habeat̄ uidere viꝝ nedū feiam eruditā: Eruditionē aūt intelligo: non vulgarē istā ⁊ ꝑturbatam quali utunt̄ hii qui nunc theologiam ꝓfitent̄: sȝ legitimā illaȝ ⁊ ingenuā: que litteraꝝ ꝑiciam cū reꝝ sciēcia ↄiungit. qualis in lac tancio firmiano: qualis in aurelio Augustino: qualis in Hiero nimo fuit: sūmis ꝑfecto theologis ac ꝑfectis in litteratura uiris.

Cornelie Scipionis filie ep̄te

Saphus poemata

Aspasia

Lactancius

Augustinus

Hieronymus

Nunc uero qui scientiam profitentur pudendum est q̄ꝫ parũper
sciant litterarum: Atqꝫ ego licet qua ianua uolui non ingressus
sum: prosequar tamen sermonem: non quo te doceam aut dirigã
(puto enim te non indigere) sed quo tibi quid ip̄e sentiam inno
tescat: Nouã quidem ad excellentiã illam ad quam nũc te uoco
contendenti: in p̄mis necessariã puto non exiguam neqꝫ vulgarẽ
sed magnam: attritam: accuratam atqꝫ reconditam litteraꝝ pici
am: sine quo fundamento: nihil altũ neqꝫ magnificum sibi edifi
care quisq̄ꝫ potest: Nam neqꝫ doctoꝝ hominum scripta satis cõ
spicue intelliget qui non ista fuerit pericia eruditus: nec ip̄e si qd
litteris mandabit poterit non ridiculus existimari: Ad hanc aũt
comparandam cum preceptio ualet: tum nostra multo magis di
ligentia atqꝫ cura: Et de preceptione quidem uix quicq̂ꝫ attinet
dicere: quis enim nescit tinctum esse oportere ingenium: ⁊ quasi
iniciatum preceptoris opera: ut non solum partes structuráqꝫ ea
rum: sꝫ et minuciora illa ac uelut elemẽta orationis agnoscat: ve
rum hec tanq̄ꝫ somniantes in puericia capimus: postea uero ad
maiora ꝓuecti: nescio quõ hec ipsa ad os reuocamus: ut tunc de
mũ illoꝝ succus saporqꝫ uerius exp̂mat̃: Est aliud genus p̂cep
tionis robustius: nec taꝫ pueris q̄ꝫ adultis ꝓutile: eoꝝ scꝫ qui grã
matici appellant̃: qui lõgo labore singula ꝓsecuti: disciplinã quã
dam lr̃aꝝ effecerunt: quo in genere Seruius honoratus ⁊ Pri
scianus cesariensis haberi possunt: Sed oĩa mihi crede superat
ac uincit diligentia nostra: hec eni nõ solum uerba ⁊ syllabas: sꝫ
tropos ⁊ figuras: om̄em ornatũ pulchritudinemqꝫ oratõis apit
nobis atqꝫ ostendit: Ab hac informamur: ac uelut instituimur: d
niqꝫ per hanc multa discimus: que doceri a p̄ceptore uix possũt
Prima diligen
tia discentis
sonum: eleganciam: concinitatem: uenustatez: Caput uero hui⁹
diligencie fuerit uidere primũ: ut in eoꝝ tm̃ libroꝝ qui ab optis
ꝓbatissimieqꝫ latine lingue autoribus scripti sunt lectione uerse
mur: ab imperite uero ineleganť qꝫ scriptis caueam⁹: quasi a ca
lamitate quadam ⁊ labe ingenii nostri: inquinate enim ineptéqꝫ

scriptoꝝ lectio uicia sua lectori affigit: ⁊ mentem simili coinquinat
tabe: est enim ueluti pabulū animi quo mens imbuit' atq3 nutrit'
Quā obrem ut hii qui stomachi curā habent: non queuis cibum
illi infundunt: ita qui sinceritatem animi conseruare uelit non quā
uis lectionem illi pmittet: Erit igit' prima diligentia ut nihil nisi Prima
optimū probatissimūq3 legamus. Secunda uero ut hec ipsa pro Secunda
batissima nobis acri studio assistamus: uideat legens quo quod
q3 loco positum sit: quid designent singula: ⁊ quid ualeant: ne ma
iora tm̄ sed minora discuciat: Cunq3 plures sint orōnis particule
que sit unaqueq3 de scola cognoscet: consuetudinē ⁊ usum certe
illaꝝ ab hiis quos leget autoribus reportabit. Siue illa sacris de-
lectabit' mulier: sanitatem in lr̄is seruatura. Augustinū sibi assu- Augustinus
met ⁊ hieronymū ⁊ si qui sunt alii nō dissimiles. ut ambrosius ⁊
Ciprian⁹ chartaginēsis: Maxīe uero int' oīes q de christiana Ciprianus
regione unq3 scripserunt eminet ⁊ excellit nitore quodā ⁊ copia
Lactancius firmianus: uir omnium christianorum proculdubio Lactantius
eloquentissimus: cuius facundia ⁊ dicendi figura ingenium illud
de quo loquor preclare instituere ac alere potest: Probo autē
hui⁹ maxime eos libros quos aduersus falsā religionē cōscrip
sit: Item quos de ira dei: ⁊ de opificio hominis: quos lege q̄so
si litteras amas: eaꝝq3 suauitatē quasi ambrosia ⁊ nectere imbu
aris: Siqua preterea de Gregorio nazanzeno: uel de Johanne Gregorius nazanzen
Chrisostimo: uel de magno Basilio grecis doctorib⁹ translata Iohannes Chrisostimus
sunt: ea legas censeo: modo qui traduxit in latinū: cōuerterit illa Basilius
non autem peruerterit: Siue secularibus delecte': Tulliū accipi Tullius
et: quem uirum deus immortalis quanta facundia: quāta copia:
q3 perfectum in litteris: q3 in oīi laudis genere singularem pre
stiterit admirari nemo sufficiet: proximus huic erit dec⁹ ac deli-
cias lraꝝ nraꝝ Liuius: Salustius deinde et alii poete ac scrip Liuius
tores suo ordinē sequent': Hiis se maxime imbuet atq3 alet: cu
rabitq3 diligen': ut quotiens ei loquendum sit aliquid uel scribē
dum: nullum ponat uerbum quod i aliquo istoꝝ ante nō repit

Quin etiam contenta interdum uoce legere iuuabit: sunt eni nō
in uersu modo: ueꝝ etiā soluta orōne numeri quidā ꝛ ueluti cō-
centus auriū sensu dimensi ꝛ cogniti: flexionesq; ꝛ gradus aliq
ut mō se dimittat uox: mō se attollat. Colaq; ꝛ comata ꝛ periodi
mira concinnitate int se cōnexa: que in optimo quoq; scriptore ap
parent: Ea igit cum alte leget manifestius ea deprehendet: re-
plebitq; aures ueluti armonia quadam: quā ꝛ senciet postea scri
bens ꝛ imitabit: Illud pterea ex hac lectione consequat: ut v̄-
ba suo tempore pferat: neue pperet cum imorandū sit. Uolo
insup ne sit scribendi ignara: nec tn̄ nūc de digitoꝝ motu quāq;
ꝛ ipm laudo si cui adsit loquō: sz d litter ꝛ syllabis dbite ɔbinā
dis: Teneat igit quicqd scribendū sit: que sit natura litterarū ꝛ
quaꝝ in alteras transicio. que coire int se littere possit: ꝛ que i p
pinquū uenire nequaq; paciant. Hec enim res quanq; pusilla:
magnum tamen affert iudiciū discipline nostre: ꝛ manifestā de-
tegit ruditatē: Illud quoq; decantatū ꝛ cognitū hre oportz quā
ta sit unaqueq; syllabaꝝ: hoc est longa an breuis an alterutra: ē
eni necessaria cognitio: tum quia multa incidunt: que alit intelli-
gi non possunt: ut illud virgilianū: Omnibus in morem tonsa co
ma pressa corona: ꝛ milia huiusmodi: tn̄ quia felicitas sūma ē ho
mini lrās sibi arroganti syllabas quidem tenei: presertim cū nō
contemnenda pars litteraꝝ constet uersib9: aut pedibus: pedes
aūt longitudine breuitateq; syllabaꝝ: quas qui non quid ipe de
se in eo genere polliceri aut quē gustum in poetis habere possit
non equidem intelligo: In ipa quoq; orone eadem ista cogni-
tio scribendi dictandiq; necessaria uidet: Neq; eni si multitudo
nō sentit ppterea soluta in orone pedes non insunt: sz qd delec-
tat aures qd sonos demulcet inde ē: Refert eni multū ut aristotē
li placet a quo pede incipiendū sit. ꝛ in quē finiendū: In mediis
etiā q recipiēdi sunt pedes: ꝛ q reiciendi. Itaq; probat ille qdē
peanā maxime: is aūt ē duplex: aut eni ex lōga quā tres breues
subsequunt: aut ex tribus breuibus constat. Hunc ultimum ille

clausulis putat: principiis uero primum conuenire: In mediis quoq; hūc ipm pedem ꝗꝫoptie cadere: Dactylū uero ꝛ iambuꝫ reiicit: alteꝝ ut elatū nimis: alteꝝ ut depressum: Cicero auteꝫ in clausulis dicoreum probat: maxime qui est ex duobus trocheis Et creticū qui est ex longa ꝛ breui: ꝛ peana illo de quo supra dixi: in mediis auteꝫ si dimisso humiliq; ſmone utemur: iambum maxime cōuenire putat: si ampliore dactyluꝫ uel peana: uel dochimū: qui est ex quinq; syllabis: breui ꝛ duabus longis: breui ꝛ longa: quē cūctis etiam in ptibus apte cadere existimat: Nec dubiū est alios in cōtentionibus pedes: alios dū narram⁹: alios dū conq̄rimur esse frequētandos: ira eni ꝛ concitacio aīmi spōdeuꝫ repudiat: Nihil eni nisi ꝓpeꝝ ac rapidū amat: Contra uero duꝫ aut narram⁹ aliqd aut docemus: morā ꝛ stabilitatē sermo deposcit: itaq; pedes nō amat qui ꝓcliuiꝰ currunt: Omnis igiꝰ oracio suis pedibus ꝯmonēda erit: quos si ignoret scribēs: uelut in tenebris ambulet necesse ē nullo certe ductu sed fortuito gradiens. Erūt fortasse ꝗꝫplures qbus mea cura ista nimis anxia uideaꝰ: ſꝫ meminerint me de ingenio loq magno: ꝛ sūma oia de se pollicēti: Quare mediocres incedāt uel repēt poci⁹ ut possunt: ad sūmuꝫ certe nemo pueiet q non fuerit boꝝ oīm ꝛ usu certus ꝛ disciplina imbutus: Deiq; hec mea de lr̄is sentēcia ē: ut nihil ignoret qđ in usuꝫ uenire soleat: ꝛ p̄terea nitorē: elegāciam: deliciasq; oīs i orōe secteꝰ: sitq; illi ad oīe scribēdi genus modus qdaꝫ ꝛ ornatus: ac (ut ita dixeri) abūdātissima domi supellex: quā ꝓmat cū op⁹ sit ꝛ in lucē educat. Et qm̄ eruditoꝝ legittimā ex pícia litteraꝝ ꝛ sciēcia reꝝ cōstare diximus: ꝛ qd de lr̄is nobis placeret ostēdim⁹: addaꝰ nūc sane illa ps q̄ ad sciēciā pertinet: volo igiꝰ huic ingenio qđ sūma oia đ se ꝓmittat: ardētissimā cupiditatē inesse dicēdi: ita ut nullū gēus discipline aspneꝰ: nullū a se alienū existimet: rapiaꝰ in censuꝫ mirabili auiditate ad intelligenciaꝫ ꝛ cognitionem rerum: Huic ergo ꝛ ardenti per se ꝛ iniciato pti stimulum adhibebo: ꝛ meo insuper clamore adhortabor: partim

frenos incuciam: ac ueluti receptui canam: Sunt enim disciplina rum quedam in quibus ut rudem esse omnino non satis decoruz sic etiam ad cacumina illarum euadere nequaq̃ gloriosuz: ut geometria ꝛ arismetrica: in quibus si multum tempus cõsumere ꝑgat: ꝛ subtilitates omnes obscuritatesqꝫ rimari: retrahabam manũ atqꝫ diuellam. Quod idem in astrologia: Idem fortasse in arte rhetorica: iniuicior de hac postrema dixi: quoniam si quisq̃ uiuentium illi affectus fuit me unum ex horum numero esse profiteor. Sed multarum reruz habenda mihi racio est: ꝛ in primis cui scribam uidendum: quid enim statuam: subtilitates ꝛ epicherematũ cure: ꝛ illa que appellanť chrinoméa: ꝛ mille in ea arte difficultates: mulierem conterant: que forum nunq̃ sit aspectura: iam uero actio illa artificiosa quam greci hypothesim: nostri pronunciationem dixere: cui Demosthenes partes primas ꝛ secundas ꝛ tercias tribuit: ut actori necessarias: ita mulieri nequaq̃ laboranda: que si brachium iactabit loquens: aut si clamorem uehementius attollet uesana cohercẽdaqꝫ uideať: Ista quidem uirorum sunt: ut bella: ut pugne: sic etiam fori contentiones atqꝫ certamina Non igiť pro testibus neqꝫ contra testes dicere addiscet mulier neqꝫ pro tormentis neqꝫ contra: neqꝫ pro rumoribus neqꝫ contra rumores: nec se communibus locis exercebit: neqꝫ interrogationes bicipites: neqꝫ responsiones ueteratorias meditabiť: totaz deniqꝫ fori asperitatem uiris relinquet: quando igiť calcaria adhibebo: quando currentem incitabo cum illis sese dedet: que aut ad religionem diuinam aut ad bene uiuendum pertinent: Tunc se diffundat: tunc animum applicet: tunc die noctuqꝫ insistat obsecrabo ꝺ quibꝰ etiã sigilati dicere haud quanq̃ pigebit. Primũ igiť sacrarum litterarum cognitionez sibi acquirere studeat christiana mulier: Quid enim prius illi suadeaz: multa de his acquirat: multa disceptet: multa sciscíteť: sed ueteres illarum amet scriptores: nouos uero si sunt boni uiri: honoret illos quidem ac ueneret; ceterum eorum non nimis scripta attingat: Quid est eniz

Marginal notes (manuscript): + rhetorica; Sacrarũ litterarũ cognitioneȥ acquirat christiane mulieres

quod litterata mulier ab Augustino discere non possit: ab istis
autem possit: presertim cum ille afferat orationem eruditam et au
ribus dignā. Isti nihil afferant cur legi mereant̃. Nec sacris lit
teris contentam esse nolo: sed ad secularia deducam studia: uide
at qui de his ad bene uiuendum excellentissima philosophorum
ingenia tradidere: que de continentia: de temperancia: de mode
stia: de iusticia: de fortitudine: de liberalitate: nec ignoret que sit
de beata illorum uita sentencia. Nunquid uirtus ipsi satis sit ad bea
te uiuendum: an tormenta et carcer et exilium et paupertas illam
impediant: Et si hec felici accidant: nūquid miserum faciant: an
auferant solum felicitatem: miseriā uero haud quanq̃ inducāt:
Preterea an in uoluptate uacuitateq; doloris felicitas consistat
humana ut epicuro placuit: an i honesto ut Zenoni: an in usu v̄
tutis ut Aristoteli: Hec mihi crede preclarissima sunt et dignissi
ma cognitione nostra: nec ad uitam solam dirigendam utilitatē
afferunt: uerum etiam in omni sermone admirabilem quandam
tum scribendi tum dicendi suppeditant copiam: Hec igit̃ duo
quorum alterum ad religionem alterum ad bene uiuendū spec
tat: tanq̃ illi precipua proposita erunt: Cetera uero ad istam re
ferentur: que possunt hec ipsa uel adiuuare: nel quasi ornatū quē
dam illis afferre: Protinus enim excellentia hominis illa ad
mirabilis: que uere inclitum fama nomen extollit: non nisi ex mul
tarum uariarumq; fit cognitione rerum: Itaq; multa legēdo et dis
cendo multa undiq; carpere accumulareq; oportet: cunctaq; om
nifariam scrutari atq; rimari: unde nobis ad studia nostra prouē
tura sit aliqua utilitas: Sed sit apud eam lectio diligens et circun
specta temporis impensio: ut potiora semper commodioraq; prepo
nant: Placet ergo ad studia illa de quibus supra dixi: in primis
historie cognitio necessaria
historie cognitionem adiungere: eamq; studiosis hominibus nul
lo modo negligendam: Est enim decorum cum proprie gentis
originem et progressus: tum liberorum populorum: regumq; ma
ximorum et bello et pace res gestas cognoscere: dirigit eni prudēciā

ꝛ consilium preteritorum noticia: exitusq; similium ceptorum nos pro re nota aut hortant' aut deterrent. Preterea exemplorum copia quibus illustrare plerumq; nostra dicta opo̅tet: non aliunde q̄ ab historia co̅modius su̅met: Est etiā genus scriptorum in ea quidem parte egregium sane atque precellens omni ornatu ꝛ nitore perpolitum: quos etiam ad usum litterarum legere operepreciu̅ sit Liuium dico ꝛ Salustium Tacitu̅q; ꝛ Curcium: ꝛ in primis cesarem ipsu̅ ꝛ res gestas suis co̅mentariis su̅ma facilitate venustateq; explicantem: Hos igit' etiam leget mulier su̅me spei: ꝛ sibi acquirere perget. presertim cum eos perdiscere ludus sit: Neq; enim subtilitas ulla in illis eruenda est aut questio euoca̅da: In narratione enim rerum facillimarum omnis consistit uersaturq; historia: quam si semel arripuerit ingeniu̅ illud de quo loquor perpetua eius memorie coherebit: Oratores quoq; ut legere no̅ negligat suadebo: quis enim aut virtutes extollere ardencius: aut vicia fulminare attrocius solet: Ab hiis ꝛ laudare benefacta: ꝛ detestari facinora addiscemus: ab hiis consolari: cohortari: ipellere: absterere: que licet omnia a philosophis fiant: tamen nescio quomodo: Ira ꝛ misericordia ꝛ omnis animi suscitacio ac depressio in potestate sint oratoris: Iam uero illa verborum sentenciarumq; ornamenta: que tanq̄ stelle queda̅ ꝛ faces oratione̅ illuminant ꝛ admirabilem reddunt: instrumenta oratorum propria sunt: que mutuabimur ab illis loquentes scribentesq;: ꝛ in usum nostrum cum res poscet uertemus: deniq; omnem opulentiā verborum: omnem dicendi uim ꝛ quasi ornatum: omnem orationis (ut ita dixerim) uiuacitatem ꝛ sanguine̅ ab istis su̅mem'. Poetas insuper ut ꝛ legat ꝛ intelligat uolo: quem enim su̅morum uirorum expertem huius cognitionis fuisse uidemus: Aristotiles certe Homeri. Hesiodi: Pindari: Euripidis: ceterorumq; poetarum uersus frequentissime ponit: tenetq; omnes memorie ꝛ facilime reddit: ut apparet illum non poetaru̅ fere minus q̄ philosophorum studiosum fuisse: Apud platonem quoq; poetarum

Hystoria in q̄ versatur

Oratores legendi sunt

Poete legendi sunt

usus ē frequentissimus: occurrūtqȝ illi ubiqȝ atqȝ ultro se offerūt
auctoritateqȝ illorum sentenciam suam sepe confirmat. Dixi de
grecis quid autem de nostris? An Cicerō parum uideat' structꝰ
cognitione poetarȝ: qui non contentus Ennio: Pacuuio. Ac-
cio. ceterisqȝ nostris: grecorum insuper poemata in latinum con-
uertit: totosqȝ suos libros illis refersit. Quid Seneca: durus pro-
fecto uir atqȝ seuerus? nōne ꝛ ipse poemata scripsit? ꝛ totus scatu-
rit uersibus. Mitto Augustinum: Hieronymum: Lactanciū
Boecium: in quibus quanta ꝯgnitio poetarȝ fuerit: scripta eo-
rum disputataqȝ ostendunt: Mea quidē sentencia mancus quo-
dāmodo in litteris est qui poetas non didicit: Nam de uita mo-
ribusqȝ percōmode multa sapienterqȝ ab illis dicta: ꝛ nature ge-
nerationisqȝ principia ꝛ cause ꝛ quasi doctrinarum omnium sei-
na in illis reperiuntur: ꝛ inest auctoritas magna propter opinio-
nem sapiencie ac uetustatem: ꝛ splendor eximius propter elegan-
ciam: ꝛ ingenuitas quedam liberis hominibus digna: ut cui hec
non adsit pene subrusticus uideat'. Quid Homero deest quo-
minus in omni sapiencia sapientissimus existimari possit: eiꝰ po-
esim totam esse doctrinam uiuendi quidam ostendunt in belli tē-
pora pacisqȝ diuisam: ꝛ in bello quidem que prouisio ducis: qui
aut astus: aut fortitudo militum: quod insidiarum genus uel ca-
uendum uel faciendum: que monicio: quod consilium ab eo est
pretermissuȝ. Eneas quondam prelii troyanorum dux grecos
magna ui impulsos in castra redegerat: cum itaqȝ audacius ur-
geret ac iam totum agmen castris obiceret: aduolat ad eū Hec-
tor ac pedetentiȝ circumspecteqȝ agere monet. affirmatqȝ eum
Qui exercitum ducat: non tam audacem quam cautum esse de-
bere. Quanti o deus immortalis hoc preceptum existimandū
est. Presertim ab Hectore audacissimo traditum. Id qui-
dem etatis nostre Duces Consilium non seruantes: dum audac-
ter magis quam caute in prelium feruntur: Se ꝛ suos in ruinam
ꝛ Cladem prope miserabilem atque Calamitosam iniecerunt.

Qui exercitum ducat
nō tam audax quā cau-
tus esse debet

Hoc rursus q̃ sapiens est: siue preceptum siue consiliũ siue mo-
nitionem appellare mauis: quid Socrates aut Plato aut Pi-
thagoras maius imperatori consuleret aut sanctius: Decẽ milia
sunt huiusmodi eius poete in bello: que referrem perlibens nisi
uererer prolixitatem. In pace autem alia rursus: nec pauciora nec
minus egregia. Age uero ne cuncta ad homerum grecosqꝫ re-
feramus. Maronis nostri q̃ multifacienda sunt scripta: cum tã
q̃ ex oraculo quodam abdito nature illa reuelat.

Principio celum ac terras camposqꝫ liquentes.
Lucentemqꝫ globum lune titaniaqꝫ astra.
Spiritus intus alit: totosqꝫ diffusa per artus:
Mens agitat molem ꝛ magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumqꝫ genus uiteqꝫ uolantum.
Et que marmoreo fert monstra sub equore pontus.
Igneus est illis uigor ꝛ celestis origo.
Seminibus quantum non noxia corpora tardant. ꝛc

ꝛ reliqua: q̃ cũ legimus: quem phm non contẽnimus. Aut qs un
q̃ de natura animi tam enucleate scientiusqꝫ locutus ẽ: Quid cum
idẽ poeta quasi deo plenus vaticinatur parum añ saluatoris nostri
aduentum dicens.

Ultima cumei uenit iam carminis etas.
Magnus ab integro seculorum nascitur ordo:
Iam redit ꝛ uirgo redeunt saturnia regna.
Iam noua progenies celo demittitur alto.

Mẽtẽ diuinam ineẽ poetis sapiẽtissimi ueterꝝ tradidere: uatesqꝫ il
de nũcuparũt: q nõ tã ex se q̃ ex ꝯcitatõe q̃dã ai afflatuqꝫ diuino
loqrent. Quid ꝙ ṽgiliꝰ ad cumanã se refert sibillã quã aduẽtũ
christi ꝑdixisse lactãciꝰ ꝓbat: sibilla igit aduẽtũ xp̃i vaticiata est:
tp̃s ṽo qͦ is uẽturꝰ foret nõ satis apuit. ṽgiliꝰ aũt mlta post sibil-
lã natꝰ secula venire iã tp̃s recognouit: nouãqꝫ ꝓgeiem celo di-
mitti: ueluti admirabundus stupẽsqꝫ denunciat. At negant qdam
poetas eẽ legẽdos diuinũ (ut ṽe dixeri) lrãꝝ genus: qd tamen

bli soli facere ꝯsueuerũt: q nulla ipi disciplina polliciore imbuti. neque intelligunt prestanciam ullam in litteris neq̃ existimant: mihi uero hec studia nostra intuẽti :i primis necessaria uideri solet poetarum cognitio: tũ propter utilitatem de qua supra dixi:uariamq̃ multarum rerum noticiam:tum ob sermonis excellentissimum nitorem. Propterea nihil est ex omnibus studiis quod nobis minus aufert temporis:nam ⁊ addiscunt̃ in puericia cum aliis vero uacare non possumus:⁊ inherent memorie ob rotundã concinitatem:⁊ peregrinant̃ una nobiscum: ⁊ sine libris ultro recursant:ut uel aliud agens hoc etiam agas. Quanta uero sit nature ipsius ad poeticam conuenientia:uel ex hoc patere arbitror q̄ vulgo ineruditi homines quãuis litterarum doctrine expertes: tamen si ingenio ualent eaipsa qua possunt ruditate sonitus quosdam ac rigmos efficere delectant̃ :⁊ si queant illa eadem solutis uerbis dicere cõmodius tamen ita demum aliquid dignum auditu se perfecisse putant.si illa numero rigmisq̃ incluserunt. Quin etiam ipsarum missarum solẽnia quanq̃ omni studio perpolita sint:tamen cum agunt̃ in templis nõnunq̃ animus noster dormitare oscitareq̃ uidet̃ : at enim si inter ista chorus poetica illa decantet. Primo dierum omnium: Uel Iste confessor:vel Ut queant laxis resonare fibris.cuius usq̃ adeo mens humi depressa est ut non eleuet̃ animus ⁊ quasi suscitet̃ : Ex quo opinati sũt quidam antiquorum animum nostrum armoniam esse ⁊ numerum:quoniam exploratum sit cuncta secundum numerum simili cognatoq̃ maxime gaudere. Nihil autem est omnium quo animus noster tãtum demulceat̃ ⁊ gaudeat quantum armonia ⁊ numero. Sed hec quantum hm presens tantum intelligi uolo : nos natura magis ad poeticam duci q̃ ad aliud genus litterarum:⁊ esse in ea utilitatem plurimam ⁊ delectationem ⁊ ingenuitatem. cuius qui expers sit minime liberaliter eruditus iudicet̃ . Prolixiorem me in hac parte intelligo q̃ ego ipse ab inicio proposueram: Uerum ubi inceperis:ita multa uariaq̃ occurrunt: Ut

difficilius sit reiicere quod ultro se offert: q̄3 reperire quid dicas: Feci preterea non inuitus quod principem familie vestre: si hec forsan audierit in hac quidem parte refragatuꝝ esse sciebam virum ad omnia sūma natum ⁊ multis magnisq3 uirtutibus precellentem: sed ita pertinacem in disputando: ut quod semel dixerit semper defendat: is ergo quia quando negauit poetas esse legēdos usq3 ad mortem hunc errorem prosequit᷑: sed nolo cum eo scriptis presertim contendere: cui etiam absenti reuerenciā dēo: sed ab alio quodam istorum qui poetas insectant᷑: perlibent᷑ quererem que nam sit causa cur legendos non putent: cum nihil plane sit quod imputare eis queant: dicent tamē quia amores ⁊ flagicia in illis reperiunt᷑: Ego uero affirmare ausim in nullis scriptoribus tanta pudicicie bonarumq3 rerum exempla reperiri quāta in poetis: Nam ⁊ penelope erga Ulyssez fidelissimam castitatem: ⁊ Alceste in Admetū incredibilem pudiciciam ⁊ utriusq3 admirabilem constanciam in absenciis calamitatibusq3 maritoꝝ: ac multa huiusmodi in poetis maxima legunt᷑ documenta uxorie discipline: Quod si quandoq3 amores describunt ut phebi ⁊ Daphnidis: Vulcāiq3 ⁊ Veneris: quis usq3 adeo hebes ē ut non fictas res ⁊ aliud pro alio significantes intelligāt: Deiq3 ista que tu damnas ꝑpauca sunt: optima uero permulta ⁊ dignissima cognitu: Ut de virgilio ⁊ Homero supra ostendi. Est autem perq̄3 iniustum eorum que uere laudis sunt obliuisci: meminisse uero illoꝝ que causā aliquā prebēt insectandi. Nolo misceri dixit mihi seuerus quidam potiusq3 relinq̄3 bona malorum metu: q̄3 spe bonorum appetitu mala incurram: itaq3 nec ipse legam poetas: nec aliis uti legant permittam. At Plato ⁊ Aristotiles legebant: quibus si te aut grauitate morum aut intelligentia rerum anteponis nullo modo feram. An tu te aliquid discernere putas quod illi non uiderint. Christianus inquit sum illi forsan suo more uixerunt: quasi uero honestas grauitasque morum non tunc eadem fuerit que hodie temporum est: Aut quasi. uel

uel hec ipsa: vel etiam deteriora in sacris non reperiantur libris. At nōne ibi samsonis amores pene uesani: ꝛ robustissimum ui-ri caput gremio mulieroule impositū: ꝛ fortitudinis detonsus cri nis: An non hec poetica: an non flagiciosa: taceo filiarum loth scelus nephandum: ꝛ sodomitarum obsecrandam obscenitatem ego ille qui poetas laudo cōmemorare nequaq̄ꝫ studeo: At enī Dauid amorem in Bersabe: ꝛ scelus in uriā Salomonisqꝫ fra tricidium: ꝛ tam numerosum concubinarum gregē: quorsuꝫ spec tare dicemus: An quia hec mala sint ꝛ flagiciosa ꝛ obscena. ꝓp terea negabimus sacros libros esse legendos: nequaq̄ꝫ. Nec poete igitur respuendi sunt quia in illis interdum aliqua ad de lectationem hominum scripta reperiantur: Equidem siquando Didonis Eneeqꝫ amores apud Uirgilium lego: ingenium po ete admirari soleo: rem autem ipsam quia ficta eē scio nequaq̄ꝫ attendo: quod idem mihi accidit in aliis fictionibus poetarum animum certe non mouent. quia fabulosas ꝛ aliud pro alio signi ficantes intelligo. At enim illa cum in sacris lego quia uera fuis se scio: sepe inficior. Sed pertinax ne ipse sim placet aliquid de iure meo remittere. presertim cum ad mulierem scribam: fateor ergo ut populus in nobilitatem plebēqꝫ diuidit: ita inter poetas gradus quosdam esse dignitatis. Si quid igit̄ uel a comico non satisqꝫ argumento pudico protexerit. aut a Satiro uicium aliqđ apercius exprobatur: ut ne legat hec mulier neue inspiciat uolo. sunt enim ueluti vulgus poetarum: at enim proceros illos: Uir gilium dico ꝛ senecam: ꝛ Stacium: ceterosqꝫ eiusmodi: nisi lege-rit: maximum sibi ornamentum sciat deesse litterarum: nec sūmā speret cui hec pars desit: omnino enim prestancia illa de qua lo-quor non nisi ex multarum uariarumqꝫ rerum fit cognitōn. Ita qꝫ multa uidisse legisseqꝫ oportet. ꝛ poetis ꝛ philosophis ꝛ ora-toribus ꝛ historicis ꝛ omnibus aliis scriptoribus opam impartis-se: sic enim resultat plenum quoddam ac sufficiens: ut copiosi: ua rii. Ut ornati. Ut nulla in re Uacui Rudesque uideantur.

Adhibenda est insup litteraꝝ ꝑicia non tenuis neqꝫ ꝯtemnēda hec enī duo se se inuicēꝫ iuuant mutuoqꝫ deseruiunt: nam ⁊ littere sine reꝝ scientia steriles sunt ⁊ inanes: ⁊ scientia reꝝ quāuis īgens: si splendore careat litterarum: abdita quidem obscuraqꝫ uidet. Quid enim prodest multa ⁊ pulchra scire: scireqꝫ loqui de hiis cum dignitate: neqꝫ mandare litteris nisi ridicule posse. Atqꝫ ita coniugata quodāmodo sunt pericia litterarū ⁊ scientia rerum: hec duo simul coniūcta ueteres illos quorum memoriā ueneramur ad celebritatem nominis gloriamqꝫ prouexerūt. Platonē. Democritum. Aristotilem. Theophrastum. Uarronem Ciceronem. Senecam. Augustinum. Iheronymuꝫ. Lactāciū In quibus omnibus discerni uix potest: maior ne sciencia reruꝫ an pericia fuerit litterarum. Ut autem ad extremum concludaꝫ ingenium quod sūma omnia de se repromittat hiis duobus structum esse oportere affirmo: Horumqꝫ comparandorum gratia. undiqꝫ legenda multa ⁊ coaceruanda esse: habendo tamen rationem tp̄is: ut potioribus semper utilioribusqꝫ incumbat: nec aut nimiū obscuris aut paꝝ ꝓfuturis occupet̄. Religionis ⁊ bene uiuendi studia mihi p̄cipua uideri: cetera uero oīa tanqꝫ adminicula quedā ad ista referri que possint uel adiuuare uel illustrare eaqꝫ de causa poetis ⁊ scriptoribus ⁊ oratoribus aliis inherēdum. In lr̄is aūt prouidenduꝫ ut ⁊ preceptio adsit ingenua ⁊ ꝑuigil solercia: nec unqꝫ nisi optima probatissimaqꝫ legamus. Habes meum de litteris studiisqꝫ iudicium: de quibus si forsitan aliter existimes facilit̄ cedam: non enim quasi precipiēs ad te scripsi: sed quasi unus de turba erga tuam excellentiam affectus conferre uolui tecum opinionem meam: ⁊ currentem (ut aiunt) ad gloriam cohortari. Uale.

Hic modus imponitur libello. ⁊ sequit̄ epitaphiū.

Leonardi Aretini epithaphium ab
Enea Siluio. Senensi poeta editum.

Hic leonarde iaces aretine gloria gentis.
Qui fueras nostro primus in eloquio.
Pontificis summi tractasti scrinia quondam.
Post florentinus que uoluit populus.
Grecus aristotiles legitur te dante latinus:
Prima etiaȝ per te punica bella patent.
Plutharcus lat[illegible]as per te migrauit in oras.
Qui grecis italos comparat arte uiros.
Tu florentinas acies ⁊ prelia nostri
Temporis ornasti. nunc sine uoce iaces.
Stat sua cuiqȝ dies nulli fas uincere fatum.
Uita tamen post hãc altera maior erit.
Qui bene conuixit letus petit astra malusqȝ.
Ortus quoqȝ mestos sic deus ire iubet.
Ergo tibi magne semper uirtutis amanti.
Gratior est obitus q̄ȝ tibi uita fuit. Uale.

Hic adest finis huius opusculi quod
editūȝ fuit ab preclarissimo poeta Le
nardo Aretino de studendi modo in
humanitatis studiis: Impressus Pa
due a magistro Matheo Cerdonis
de vuindischgrecz. Die scd̄a Marcii
Anno domini. 1483.